



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus X. De Natis ex libero Ventre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

*N. min.* sicut ignobilitas sponsæ ignorata, licet officiat statum personæ, non redundat in substantiam personæ, ita nec servilis conditio.

## TITULUS X.

### *De Natis ex libero ventre.*

#### SUMMARIUM.

1. 2. *Nati ex libera sunt liberæ conditionis.*
3. *Nati ex patre Nobili sequuntur hujus conditionem.*

**N**ati ex libero ventre vocantur, qui geniti sunt (in-vel extra Matrimonium) ex matre libera seu ingenua, non serva seu ancilla strictè dicta. Quia verò contingere posset, ut liber duceret servam, & vicissim, gnarus conditionis servilis, quæstio est, cujus conditionis sint liberi, liberæ an servilis.

Dico. Nati ex matre libera sunt liberi, licet pater sit servus; & sufficit, modò mater fuerit liberæ conditionis aliquo tempore, quo proles vel concepta, vel nata fuit, vel intermedio: sicut econtra nati ex matre ancilla sunt servi, si nempe illa nec tempore conceptionis, nec partûs, nec intermedio fuit liberæ conditionis: adeoque quoad servitutem vel libertatem proles sequuntur conditionem vel statum matris. Ita textus aperti in *pr. Inst. de Ingenuis. §. 4. Inst. de Jure person. l. 5. §. 2. 3. l. 7. l. 24. ff. de statu hom. c. un. h. t.* Ex quibus natum est commune brocardicum, *partus se-*

